



Universitat de Lleida

Salubritat i salut pública a la Lleida baix medieval: la gestió dels espais públics, la pobresa i els hospitals

Guillem Roca Cabau

<http://hdl.handle.net/10803/459295>



Salubritat i salut pública a la Lleida baix medieval: la gestió dels espais públics, la pobresa i els hospitals està subjecte a una llicència de [Reconeixement 4.0 No adaptada de Creative Commons](https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/)

(c) 2017, Guillem Roca Cabau

Apèndix documental

En aquest apartat hem afegit una selecció dels documents utilitzats durant la recerca. Primerament hi ha un seguit de privilegis provinents del Llibre Verd Petit i també alguns dels recopilats per Joan Josep de Casanoves, catedràtic de l'Estudi General de Lleida, en el Llibre Verd Gran durant el segle XVII; tot seguit hem transcrit alguns dels processos dels Llibres de Crims mencionats durant les pàgines anteriors, la gran majoria no estan transcrits íntegrament i les parts eliminades s'assenyalen amb el símbol: (...). També hem cregut pertinent transcriure els inventaris dels hospitals lleidatans efectuats el 1447 durant el procés d'unificació d'aquests centres per a la creació de l'Hospital General de Santa Maria; és la primera vegada que es menciona aquesta documentació i pot resultar útil per a futures investigacions. Igualment, provinent del mateix volum documental, hem cregut oportú afegir en aquest apartat els testaments de Pere Serra i Guillem Vidal, ambdós fundadors d'hospitals durant la segona meitat del segle XIV i fins ara desconeguts. Actualment estem elaborant una edició crítica d'aquests volum amb la resta de documents referents al procés d'unificació de l'Hospital General. Finalment, el darrer apartat, conté la còpia del privilegi que Innocenci IV va atorgar a l'Estudi General de Tolosa el 1245 permetent l'acollida d'estudiants pobres als hospitals; les despeses de la Pia Almoïna per l'any 1384 i la carta de Nicolau Clavell, comanador de l'Hospital del Sant Esperit de Lleida, dirigida al bisbe on rebutjava la incorporació del seu hospital al projecte de l'Hospital General.

Índex

Privilegis	433
Llibres de Crims	464
Inventaris Hospitals.....	505
Testaments.....	517
Altres	540

Privilegis

Document 1

13/06/1206 (Lleida)

Un grup de carnissers de Lleida reconeixen haver adquirit com a propi l'espai del maell que el rei Alfons el Cast va cedir a la ciutat a la zona del planell de l'església de Sant Vicens i, per aquest motiu, el tornen al pont i a la cosa pública de Lleida.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre verd petit, 1299-1413, reg. 1372, f. 118r-119r.

Instrumentum quod carniceria Ilerdensis faciat censum ponti

Notum sit cunctis hominibus quod ego Petrus de Clariusvallibus, Alegretus, Astrug, Raymundus de Fraga, Guillelmus Bile, Petrus de Ponte et Bernardus de Febrano, Pedro Navarre, Guillelmus de Morlans, Petrus d'Ondara, Rubeus de Clarisvallibus, Paillares, Johannes de Morlans [118v], Bernardus Carnicer, Navarre, Poncius Carnicer, Raymundus ninot, Bonaavir filie Bitira, R. de Baseylla et nepotes et R. filius Calvet, Raymundus de Villaplana, Guillelmus d'en Esteve, Pedro de Montearagone, Johannes Navarre, Petrus de Algerre, Arnaldus de Coçina, Berengarius de Oscha, Guillelmus de Ila, Egidius Carnicer, Petrus de Pooilach, Arnaldus de Cahors, Guillelmus de Cahors, Bertrandus Enego, carnifices per nos et per omnes successores nostros confitemur et in rei veritate cognoscimus nos iniuste adquisivisse et tenuisse illum locum qui dicitur carniceria cum tabulis ibi positis et cum eiusdem locis pertinentiis quem nos vel antecessores nostri adquisieramus a domino Ildfonso rege Aragonis bone memorie. Recognoscimus inquam nos iniuste adquisivisse tribus rationibus scilicet propter adquisicionem instrumenti libertatis quam dominis comes Barchinonensis civibus ilerdensibus comuniter dederat. Item quoniam locum predictum in quo quedam ecclesiam Sancti Vincenci, que erat ibi sita, cives comuniter emerent scilicet pro palmo aureum superius et inferius, et quia illa adquisitio cum servitute quam adquisieramus erat contra ius civitatis. Quapropter illum locum predictum [119r] absoluimus ac omnino inperpetum deffinimus Deo et ponti et rei publice ilerdensis ad omnes suas suorumque voluntates inperpetum faciendas sine aliqua retencione nostra et nostrorum sine melius et plenius dici vel intelligi potest ad eorum comodum et salvamentum.

Facta carta idus inuii anno incarnationis domini M CC VI. Sig+num Petri de Claris Vallibus, Sig+num Petri de Ponte, Sig+num Petri Bile, Sig+num Bernardi de Febrano, Sig+num Pedro Navarre, Sig+num Guillemi de Morlans, Sig+num Petri d'Ondara, Sig+num Rubei de Carervals, Sig+num Alegreti, Sig+num Astruch, Sig+num Raymundi de Fraga, Sig+num Paillares, Sig+num Dominici, Sig+num Iohannis de Morlans, Sig+num Bernardi Carnicer, Sig+num Navarre, Sig+num Raymundi de Villa Plana, Sig+num Guillemi den Esteve, Sig+num Petri de Monte Aragone, Sig+num Johanis Navarre, Sig+num Petri de Algerre, Sig+num Arnaldi de Cocina, Sig+num Berengarii de Oscha, Sig+num Guillemi de Ila,

Sig+num Egidi Carnicer, Sig+num Petri de Pooilach, Sig+num Arnaldi de Caorç, Sig+num Guillelmi de Caorç, Sig+num [...] carnificum qui hoc firmamus et concedimus. Sig+num Poncii carnicer, Sig+num [119v] Raymundi Ninot, Sig+num Bonavir filie Bitriani, Sig+num Raymundi de Baseilla, vinioris qui hoc firmamus et concedimus, Sig+num Dominici filii Ferrarii de Valencia Sig+num Raymundi filii Calveti de Valencia.

Sig+num Stephani de Marimundo, Sig+num Guillelmi Porqueti, Sig+num Hisarni de Tolosa, Sig+num Arnaldi de Valsegre, Sig+num Geraldi Clavelli iunioris, Sig+num Arnaldi de Vallebrera, Sig+num Petri de Podio Viridi, Sig+num Iohannis de Garrigis, Sig+num Stephani de ça Redorta, Sig+num Petri dez Quer, Sig+num Guillelmi Moliner, testes.

Iohanes de Ager scripsit et hoc Sig+num fecit cum supraddita Bonavir filie Bitria in ·IIII· linea et R. de Baseilla et nepotes et R. filius Calvet in eadem linea et rasis literes in XXV linea.

Document 2

13/06/1206 (Lleida)

Els batlles i governadors del pont i la peixera de Lleida amb el vistiplau dels cònsols de Lleida i del consell de la ciutat donen a cens el lloc denominat carnisseria a un seguit de carnisseres. L'espai està delimitat, d'una banda per la taula que era de Pere de Claravall fins a la casa que Guillem Porquet va donar com a dot de la seva filla i, per altra banda, de les escales de Pere de Porta Rege fins a les escales de casa d'en Guillem Porquet. S'estipula que s'han de pagar noranta morabatins d'or per la festa de Sant Joan amb la condició de tenir la ciutat ben abastida de carn i de peix i de no fer servir aquest espai per res més que no sigui maell i carnisseria.

A: *Cat. AML, Fons Municipal, Llibre verd petit, 1299-1413, reg. 1372, f. 119v-121v.*

Instrumentum qualiter carniceria fuit ad censum data carnificibus

In Dei nomine notum sit cunctis hominibus quod ego Johannes de Garrigues et Stephanus de ça Redorta, baiulos et gubernatores pontis ilerde et paixerie, consilio et voluntate consulum Guillelmi Porqueti scilicet et Guillelmi Gocini ac Arnaldi de Sanaugia et Petri de Podio Viridi [120r] consiliarumque videlicet Raymundi Petri, Isarni de Tolosa, Petri de Ça Sala, Bernardi Vacce, Petri de Colone, Sthephani de Marimundo, Arnaldi de Valsegre et Geraldi Clavelli et consilio tocus rei publice nostre. Damus et inperpetum concedimus ad censum vobis Petro de Claris Vallibus et Guillelmo Bile et Bernardo de Febrano, Raymundo de Fraga, Bernardo Carnifici, Pedro Navarre, Raymundo de Villa Plana, Petro d'Ondara, Guillelmo de Stephano, Petro de Monte Aragone, Alegreto Carnifici, Ferrario de Valencia, Johani Navarre, Petro de Algerre, Guillelmo de Morlans, Raymundo de Baseilla, Arnaldo de la Cocina, n'Astrug, Johani de Morlans, Berengario de Oscha, Berengario carnifici, Guillelmo de Ila, Calveto de Valencia, Navarre, Egidio Carnifici, Petro de Pooillacg, Ninot, Arnaldo de Caorç, Bertran Enego, Martino de Tudela et successoribus vestris illum locum qui dicitur carniceria quam nobis difinivistis a tabula que solebat dici Petri de Claris Vallibus ita quod

tabula dicta statim includitur usque ad domos quas Guillemus Porquetus in dotem pro filia sua dedit et ex alia parte ascala domorum Petri de Porta Rege, que est sita in ipsa carniceia, usque ad scalam domorum Guillemi Porqueti [120v]. Talibus siquidem condicionibus quod vos et successores vestri detis Deo et ponti ilerde et gubernatori eiusdem pro tempore statuto pro censum singulis annis in festo nativitatis Sancti Johannis Babbiste nonaginta morabatinos bonos in auro et in penso, et quod teneatis vos et successores vestri carniceriam supradictam continue prout decuerit ad bonum intellectum secundum temporum distincionem completam carnibus et piscibus, puris et mundis, et quod vos vel successores vestri inter vos non faciatis cotum vel bannum vel confratriam. Ex quibus condicio carniuum vel piscium populo ilerdense, presenti vel futuro, in aliquo deterioretur et quod vos vel successores vestri non possitis in aliquo tempore havere locum supradictum qui dicitur carniceria nisi ad usum carnicerie vel pischerie secundum temporum distinctionem. Et quod vos vel successores vestri non veniatis in aliquo tempore contra adquisicionem quam res publica ilerdensium fecit de loco supradicto et diffinicionem quam vos inde Deo et ponti ilerde fecistis sicut in instrumentis inde confectis plenissime continetur. Item si volueritis vendere vel inpignorare ponti et paixerie gubernatori pro tempore per decem annua denunciatis et si ipse voluerit retinere pro tanto habeat pro [121r] quanto alius finaverunt facite inde vestram voluntatem in vestros pares carnifices tamen et non in alios qui et successores eorum supradictas condiciones omnes et singulas teneantur sic vos tenemini observare in perpetuum. Et si vos vel successores vestri de prefatis condicionibus iniuriam faceretis in posse et manu gubernatorum pontis et paixerie ilerde directum faciatis et firmetis. Et est sciendum quod nos prenominati consules et tota res publica ilerdensium retinemus nobis et successoribus nostris et toti populo ilerdensi presenti et futuro liberam potestatem inperpetum constituendi macellum vel macella pro voluntate nostra alibi preter locum supradictum ubicumque voluerimus in civitate Ilerde sic in instrumento adquisicionis nostre a domino Petro strenuissimo rege nostro vobis facto plenissime continetur set nullus homo carnes scindat a tabula de cambi Hisarni de Tolosa usque ad domum magistri Johanis, nisi vos supradictis carnifices et vestris successores. Et ego Johanes de Garrigues et Stephanus de Ça Redorda gubernatores dicti pontis et paixerie et ille qui in gubernatione pontis et paixerie venerit et omnes [121v] alii probi homines ilerdenses convenimus vobis omnibus supradictis esse legales garentes et defensores contra omnes personas excepta potestate terre. Facta carta idus iunii anno incarnatione domini M CC VI Sig+num Johannis Garrigues, Sig+num Stephani de Ça Redorda, gubernatoris pontis et paixerie, Sig+num Guillemi Porqueti, Sig+num Guillemi Goçini, Sig+num Arnaldi de Sanaugia, Sig+num Petri de Podio Viridi consulum. Sig+num Raymundi Petri, Sig+num Isarni de Tolosa, Sig+num Petri de ça Sala, Sig+num Bernardi Vacce, Sig+num Stephani de Marimundo, Sig+num Arnaldi de Valseger, Sig+num

Geraldi Clavelli, consiliariorum qui hoc firmamus et concedimus.

Sig+num Arnaldi de Vallebrera, Sig+num Guillelmi Molineri, Sig+num Petri deç Quer, testes.

Johanes de Ager scripsit et hoc Sig+num fecit cum supraddito et Stephanis de çà Redorta in prima linea.

Document 3

27/05/1206 (Lleida)

Pere el Catòlic, Ermengol VIII d'Urgell i els seus representants a la ciutat (els Cervera i els Moncada) donen als ciutadans de Lleida la carnisseria de la Via Mitjana, situada a la parròquia de Sant Joan. L'espai està delimitat, per una banda, des de la casa de mestre Joan, que havia estat de Joan Ferrer, fins al porxo de casa d'en Ramon de Font i, per altra banda, per dos vies públiques. L'espai, per manament reial, ha de servir com a maell i carnisseria cristiana i per tant s'estipula que hi podran haver escorxadors a altres zones de la ciutat.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre verd petit, 1299-1413, reg. 1372, f. 140r-141v.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, pp. 275-276.

Instrumentum regis Petri donatione carnicerie

In dei nomine. Notum sit cunctis hominibus quod ego Petro Dei gratia rex Aragonum, comes barchinonensis et dominus montispessulani, et ego Ermengandus eadem gratia urgelli comes, et Raimundus de Montecatano et Guillelmus de Cervaria, per nos et per omnes successores nostros, donamus per alodium franchum in perpetuum vobis probis hominibus Ylerde, et toti populo eiusdem civitatis presenti atque futuro, et omnibus successoribus vestris in eternum, illud locum qui dicitur Via Mediana situm in civitate Ylerde in [140v] parrochia Sancti Johannis de Platea, qui locus dicitur carniceria, cum omnibus tabulis ibidem positis vel in futurum ponendis cum introitibus et exitibus suis et omnibus suis pertinenciis et cum omni omnino pleno et integro seniorivo sine aliqua retencione nostra et nostrorum sicut terminatur et includitur a domibus magistri Johannis, que fuerunt Johannis Ferrarii, usque ad pilam que sustinet honus domorum Raymundi de Fontanis, infra viam publicam superiorem et inferiorem. Quicquid ergo infra suprascriptos terminos continetur de coelo usque in abissum totum vobis et vestris successoribus per nos et per omnes successores nostros donamus inperpetuum per alodium franchum et liberum ad usum macelli tantum modo, sicut melius et plenius dici vel intelligi potest ad vestrum commodum et vestrorum. Item volumus atque firmiter mandamus quod supra dictus locus non possit haberi ab aliquo in eternum ad alios usus nisi ad usum macelli sicut superius est prelibatum. Addicimus preterea huic donationi per nos et per omnes successores nostros quod vos probi homines Ylerde et populus suprascriptus presens et futurus et successores vestri possitis, per voluntate vostra et arbitrio constituere et perpetuo ha[141r]bere macellum vel macella in quibuslibet aliis locis civitatis

Ylerde. Non obstante interdicto ab antecessoribus nostris vel a nobis interposito ne alibi quam in loco supradicto cristianis in Ylerda macellum havere liceret. Convenimus deinde nos supradicti donatores quisque nostrum in solidum per nos et per omnes successores nostros de evictione et garantia in perpetuum vobis supradictis probis hominibus et toti populo Ylerde, presenti atque futuro, et omnibus successoribus vestris inperpetuum in supradictis capitulis omnibus et singulis. Facta carta VI kalendas iunii anno incarnationis domini M CC VI.

Sig+num Petri Dei gratia rege Aragone, comite Barchinona, et dominus Monstpeleri qui supradicta laudo concedo et confirmo et inviolaviliter conservari precipio.

Sig+num Ermengaudi Urgellen comitis qui hoc firmo et concedo. Sig+num Garrie Romeu, Sig+num Exemeni Corneil, Sig+num Blascho Romeu, Sig+num Açnar di Pardo, Sig+num Arnaldi de Artusela, Sig+num Guillelmi de Cervaria, Sig+num Bernardii de Portella, Sig+num Guillelmi Raymundi de Moncada, Sig+num Guillelmi de Anglesola, Sig+num Berengarii de Peramola, Sig+num Ray[141v], cives et populem ilderde prenotis. Johannes d'Ager scripsit et hoc Sig+num fecit.

Document 4

24/10/1246 (Lleida)

Jaume I, arran de les males olors que sorgeixen del maell, prohibeix l'escorxament i la pràctica de qualsevol feina pudent en aquest lloc. Així estipula que des del Pontarró de la Fusteria, sobre la Bladeria, fins a la carnisseria de Constantí, situada a la parròquia de Magdalena, ningú gosi escorxar bèsties ni fregir greix.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 33-34.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, p. 277.

Puesto a hont ha de estar lo Escorchador, y com se ha de netejar. Pahers y Prohomens asseñalen puesto per al Escorchador, apartat del concurs de la ciutat.

Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Maioricarum et Valentia, Comes Barchinona et Urgelli, et Dominus Montispesulani. Quia saepius est monstratum quod per illum locum iuxta Portam Ferriciam, ubi carnes ad opus macelli decollantur et excoriantur, tota civitas valet minus propter immunditiam, et foetorem qua inde exit, et vertitur etiam manieste in periculum [34] personarum. Ideo per nos et nostros Successores concedimus et donamus et statuimus firmes et mandamus vobis Petro de Bosch, B. Caldero, Matheo Beco et Arnaldo Conill nunc Paciaris Ilerda et toti comunitati eiusdem praesentibus et futuris quod a modo ullo umquam tempore in iam dicto loco aliquis carnifex vel alius non sit ausus occidere, decollare vel excoriare ullas carnes vel telas carniarum, sive sevim frigere, nec aliqua facere quae foetorem inferant transeuntibus vel viariis. Hoc idem statuimus et mandamus quod nec illo iam dicto loco nec de Pontarrono fustario subtus bladeriam usque ad carniceriam qua dicitur de Constantino versus Parochiam Magdalena in ullo loco carnes

aliqua decollentur vel excoriantur nec aliqua frixa carniū vel pinguedinis. Sed Paciarii cum consilio Consiliariorum, et cum nostro Baiulo et cum Curia assignent alium Locum ultra praedictos terminos secundum quod eis videbitur esse bonum ad faciendam et tenendum omnia supradicta. Mandantes firmiter Paciariis Baiulo et Curia tam statutis quam statuendis quod non expectato nostro alio mandato predicta compleant et faciant ex parte nostra firmiter adimplere contradictione vel prohibitione alicuius in aliquo non obstantibus. Datum Ilerda nono Calendas Novembris anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Sig+num Jacobi Dei gratia Regis Aragonum Maioricarum et Valentia comitis Barchinona et Urgellis et Domini Montispesulani. Huius rei testes sunt Ferrarius Infans Aragonum, Petrus Corneli maiordomus Aragonum, Petrus de Montecateno senescalcus Domini Regis, Raymundus Berengarius de Ager, Guillelmus de Cervaria, Guillelmus de Angularia, Petrus Domini Regis pro Petro Sancii notario suo hanc chartam scripsit, loco dia et anno praefixis.

Document 5

15/08/1253 (Lleida)

Jaume I establiment del termini d'entrada de vi foraster a partir de Pasqua i fins a Tots Sants.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 34-35.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, p. 280.

Vi estrany que no sia cullit en les vinyes del terme de Leyda nos pot vendre en dita ciutat y son terme des del dia de Tots Sants fins al dia de Pasqua, sots pena de cent sous jaquesos.

Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Maioricarum et Valentia Comes Barchinona et Urgelli, et Dominus Montispesulani. Attendentes quod cum Universitas Ilerdensis a longo tempore citra damnificata existat quia vinum quod in termino ipsius civitatis colligitur tam vili pretio venditur propter vinum quod ab extraneis ibidem asportatur, quod vix cives Ilerdenses in expensis circa suas vineas factis de pretio ipsius vini sibi valeant. Consideratis itaque his qua ad commodum ipsius civitatis possint et debeant redundare, volumus, concedimus, mandamus et statuimus per nos et successores nostros in perpetuum quod aliquis vel aliqui, non possint audeant, audeant, vel praesumant vendere vinum in civitate Ilerda vel eius termino a festo omnium Sanctorum, usque ad festum Paschatis, nisi tantummodo vinum quod fuerit, vel colligetur de vineis suis in termino Ilerde, vel de aliis vineis sitis in termino Ilerda vel de aliis vineis pro quibus fiet vicinaticum in civitate Ilerda. Et si forte aliquis vel aliqui vendiderint vinum infra dictum terminum nisi trantummodo de collecta vinearum Ilerda, et terminorum eiusdem ut praedictum est, donet, et teneatur nobis, et nosstris dare pro poena centum solidos Jaccenses, statuto praesenti per nos facto in suo robore nihilominus duraturo. Mandantes Baiulo, curiae Paciariis et toti Universitati Ilerda,

quod contra hoc praesens statutum non veniant nec aliquem venire permittant imo illud observent, et faciant ut dictum est perpetuo observari. Datum Ilerdae decimo quinto calendas septembris anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio. Sig+num Jacobi Dei gratia Regis Aragonum Maioricarum et Valentia, comitis Barchinona et Urgellis, et domini Montispesulani. Testes sunt P. de Muncada, Bernardus de Sancta Eugenia, Egidius de Rada, Bertrandus de Aones, B. de Aquilone. Sig+num Raymundi Devola qui mandato Domini Regis hoc scribi fecit loco, die et anno praefixis.

Document 6

3/11/1255 (Saragossa)

Jaume I estableix un seguit de bans i penes a imitació de la ciutat de Saragossa sobre treure el coltell, posar aigua al vi d'amagat, infracció dels pesos i mesures, etc. La ciutat té llibertat per augmentar o fer disminuir les penes però el rei es quedarà sempre amb una tercera part de la pena i la ciutat amb les altres dos.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 42-43.

Bans y penes que ha posat y posarà la ciutat de Leyda sobre traure espasa o sobre pes y mesura, o sobre anar de nit se aplican per un ters al Senyor Rey, y dos tersos son de la ciutat.

Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum et Valentia Comes Barchinonae et Urgelli, et Dominus Montispesulani. Fidelibus suis Paciariis et Probis Hominibus Ilerda, salutem et gratiam. Sciatis nos vidis se Raymundum Petri Thomasium de Sancto Clemente, Bernardum de Solanellis, et Bernardum de carraria concives vestros, et intelleximus ea qua nobis proposuerunt ex parte vestra. Unde auditis his quae ipsi ratione Civitatis, et Universitatis Ilerda nobis dixerunt, vobis haec duximus concedenda, sicut sunt, et observantur in Civitate Caesaraugustae, et ea civitati Ilerda observabimus quamdiu civitati Caesaraugustae eadem observemus. Primo igitur vobis concedimus quod de toto eo quod habebitur pro banno vel coto posito, vel ponendo per vos super extractione cultelli, nos habeamus tertiam partem et residuae duce partes sint Communitatis Vilaе, sicut est consuetum, sive fiat inde quaerimonia sive non. Item de eo similiter quod habebitur pro coto vel probanno per vos posito vel ponendo super ponderibus et mensuris panis et vini et quarum libet aliarum rerum quae consistunt in pondere, et mensura, et super ambulando de nocte habeamus nos similiter partem tertiam, et communitas residuas duas partes. De his vera quae pervenerint et exierint pro banno, vel coto per vos posito vel ponendo super vignigoliis, mensuris sequiis, et super proiiciendo aquam in viis de nocte, et super accendenda candela contra illos qui ad concilium non venerunt nos nihil habeamus omnino sed sicut in Caesaraugusta est Comunitati Villa totum penitus applicetur. Unde vobis concedimus quod in bannis et cotis praedictorum omnium possitis pro voluntate vestra remittere, minuere, crescere et mutare. Volumus etiam quod praeconizatio fiat in Ilerdensi Civitate, sicut erat consuetum, nomine, seu mandato

curiae Paciariorum et Proborum hominum Civitatis. Datum Caesaraugusta tertio nonas Novembris anno Domini millesimo ducentessimo quinquagesimo quinto.

Document 7

11/05/1267 (Montsó)

Jaume I estipula que no permetrà tornar lliurement a la ciutat a aquelles persones acusades d'homicidi o que mereixin una pena corporal si no compareixen dins un termini de vint dies davant el consell de la ciutat. A més estipula que la cúria de Lleida no pot actuar pel seu compte sinó que ha d'actuar conjuntament amb el consell de la ciutat. Finalment confirma els privilegis ja concedits sobre la demora en el pagament de deutes.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 49-50.

No guiarà lo Senyor Rey homicides, ni altres malfactors que merescan pena corporal, després de ésser-los fet procés de vint dies segons costum de la ciutat. Veguer, y cort de Leyda han de procehir en causes criminals de consell dels Prohomens com és acostumat. Confirmació de privilegis disposants sobre elongaments de deutors.

Noverint universi quod cum iustum sit homicidas, et malefactores punire, et de ipsis secundum sua merita iustitiam facere corporalem. Id circo nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Maioricarum, et Valentiae, Comes Barchinonae et Urgelli, et Dominus Montispesulani. Promittimus vobis Guillermo Moragues, Bernardo de Monsonis, Michael de Vallobar, et Bernardo Macip Paciariis civitatis Ilerdae et successoribus vestris Paciariis et Probis hominibus dicta Civitatis quod de coetero non tornabimus in Civitate Ilerdae aliquem, vel aliquos homicidas vel qui de homicidio inculperitur [50] nec etiam aliquem vel aliquos alios malefactores qui justitiam meruerint corporalem cum instrumento nostro vel sint instrumento aliquo modo, vel causa postquam praeconitsati fuerint, et infra viginti dies non comparuerint, iuxta consuetudinem civitatis Ilerdae. Imo volumus, et mandamus firmiter nostra Curia Ilerdae praesenti videlicet et futuris quod de coetero contra praedictos homicidas, et malefactores procedat de consilio Proborum Hominum Civitatis Ilerda ut est hactenus fieri assuetum, non obstantibus aliquibus insturmentis, vel literis a nobis decoetero in contrarium aliquibus personis concessis. Laudamus etiam concedimus et confirmamus vobis Paciariis et Probis Hominibus antedictis literam sive instrumentum, quam vel quod vobis feceramus superfacto elongamenti debitorum, et omnia quae in ipso instrumento continentur. Mandantes firmiter Curiae nostrae Ilerdae preaesentis te futuris quod de coetero in facto elongamenti debitorum procedat iuxta thenorem praefati instrumenti a nobis, vobis concessi, non obstantibus aliquibus literis vel mandatis, a nobis aliquibus personis in contrarium concessis vel etiam concedendis quoniam nolumus quod ipsae litera vel mandata contra thenorem dicti nostri instrumenti facta vel facienda de coetero in aliquo observentur. Datum apud Montesolum quinto Idus Madii anno Domini millesimo ducentessimo sexagesimo septimo. Sig+num Jacobi Dei gratia Regis Aragonum, Maioricarum et Valentia, Comitis

Barchinona et Urgelli et Domini Montispesulani. Testes sunt Raymundus de Montecateno, Guillelmus Raymundi de Montecateno, Petrus de Vilamur, Gombaldus de Benavento, B. N. de Malo Leone, Sig+num Michaelis Violante qui mandato Domini Regis hac scribi fecit loco die et anno praefixis.

Document 8

27/12/1283 (Barcelona)

Pere el Gran confirma els privilegis concedits a la ciutat pels reis anteriors i les costums escrites i no escrites, també: elimina les gabelles sobre la venda de sal i l'escorxament de cabrits; els veïns de Lleida podran treure blat de Catalunya sempre que el rei doni llicència per fer-ho sense haver de pagar cap servei; els homes de Lleida podran portar olis i altres mercaderies a qualsevol lloc de Catalunya pagant només les lleudes antigues; les causes entre veïns de la ciutat seran resoltes segons els costums i lleis pròpies de Lleida i no es podran treure de la ciutat, les primeres apel·lacions seran del lloctinent reial i les segones es declararan al rei; els indigents presos a la presó del Palau no hauran de pagar carcellatge; els habitants i veïns de Lleida propietaris d'una vila, un mas o un castell podran reclamar el monedatge als habitants dels seus llocs.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 56-59.

Confirmació dels Privilegis concedits per los Señors Reys antecessors y de les libertats, statuts y Ordinacions de la ciutat. Confirmació de les consuetuts y usatjes de la ciutat escrits y no escrits ab franquesa de bovatje, questia y altra qualsevol exacció Real. Renunciació sobre la lite moguda sobre la Paheria, notaria y altres oficis. Pahers de Leyda poden crear notaris com es acostumat. Corders y sal se poden vendre llibrement en la ciutat de Leyda. Sempre que lo señor Rey traurà blat de Catalunya o donarà llicència per a traurene ne podran traure los vehins de Leyda sens pagar servey algú. Causes entre vehins de Leyda se han de tractar segons dret, y libertats y consuetuts de la ciutat y no se poden traure ni tractar fora d'ella, salvo que les primeres appellacions se han a declarar en Leyda per lo lochtinent Real y les segones son del señor Rey. Enquesta nos pot fer en Leyda general, ni special, sino per lo Veguer y Pahers. Pobres presos no paguen carcellatge. Oficials Reals no han de fer novelats sino guardar lo acostumat.

In Christi nomine noverint universi quod nos Petrus Dei gratia Aragonum et Siciliae Rex. Considerantes quod omnibus nostris subditis tenemur benefacere et illis praecipue qui corde verbo, et opere in nostro servitio student fideliter laborare. Attendentes etiam qualiter pradecesores nostri, celebris memoria Dominus Raymundus Comes Barchinona tritavus noster, et Dominus Alphonsus eius filius Proavus noster et Dominus Rex Petrus avus noster et Dominus Rex Iacobus Pater noster proposuerunt et voluerunt laudabilem civitatem Ilerdae honorare et cives et populum eiusdem in suis libertatibus, et consuetudinibus tenere et pariter conservare. Nos eorum vestigia sequi volentes ex certa scientia nostra et consulte, bono animo et spontanea voluntate pro maximo incremento et commodo nostro et terrae nostrae ac

Civitatis praedictae cum hoc praesenti publico Instrumento in perpetuum valituro visis et intellectis plerie thenoribus instrumentorum Privilegiorum libertatum et consuetudinum ac Statutorum vestrorum. Per nos et omnes successores nostros donamus, concedimus, laudamus et perpetuo liberaliter confirmamus vobis dilectis et fidelibus nostres Petro de Raymundo Petri, et Petro Clavelli Paciariis Civitatis Ilerdensis, et vestris consortibus et Raymundo de Sancto Clemente, et Raymundo de Sancto Martino civibus eiusdem civitatis praesentibus et pro vobis praesentibus toti universitati dicta civitatis praesenti et futura et singulis eiusdem universitatis tam praesentibus quam futuris [58] omnia instrumenta privilegia libertates consuetudines et statuta ab antecessoribus nostris, et a nobis universitati dicta civitatis concessa et a vobis et antecessoribus vestris conducta, seu etiam usitata usque in hodiernum diem: cum paciaria notaria et omnibus ad officium Paciariae de usu vel consuetudine spectantibus, vel spectare debentibus vel etiam consuetis, et universis aliis quae in vestris privilegis, consuetudinibus statutis et usibus continentur et confirmamus etiam vobis omnes consuetudines scriptas et non scriptas, statuta et usus quae habuistis et tenuisti vel usifulistis vos et vestri antecessores. Et quod hac praedicta habeatis franca et libera ab omni demanda et praestatione bovatici et quastiae et alicuius praestationis regalis salva tamen fidelitate nostra. Et absolvimus et difinimus et remittimus per nos et omnes successores nostros vobis praedictis et successoribus vestris et universitati civitatis in perpetuum causam seu litem et petitionem quae nomine nostro fuerunt motae paciariis et universitati vel aliquibus de civitate ratione officis Paciaria notariae vel cuius cumque alterius officii ad dictam civitatem modo aliquo pertinentis et renuntiamus dictis causis et iuri nobis competenti ad praedicta. Absolvimus etiam et difinimus et remittimus per nos et omnes successores nostros vobis praedictis et successoribus vestris in perpetuum omnes prohibitiones, et emparamenta facta nomine nostro in civitate Ilerda et terminis suis super sale, et occisione agnorum et omnes gabellas per nos factas. Et quod creetis et constituatis notarios prout consuevisti et vendatis ac ematis agnos in macellis, et vendatis et ematis sal ubique in civitate et extra prout extiterat usitatum. Item damus et concedimus vobis praedictis et successoribus vestris in perpetuum quod possitis extrahere blada de terra nostra de licentia tamen et voluntate nostra. Ita quod aliquis bladum de terra nostra liceat vobis et vestris extrahere bladum de terra nostra absque omni servitio. Item damus et concedimus vobis praedictis et successoribus vestris in perpetuum quod possitis portare oleum et alias merces franche et libere ad quasquumque partes volueritis absque omni servitio salvis lezdis antiquis temporibus consuetis, exceptis illis locis gentibus et arreamentis a iure prohibitis et in usatico Barchinona expressis. Item damus et concedimus vobis praedictis et successoribus vestris in perpetuum quod si forte aliquo tempore quaestio vel demanda moveretur per aliquos alicui seu aliquibus civibus et vicinis vel habitatoribus civitatis aliquo casu quod illa causa vel causa ducantur intus civitatem et

secundum iura et libertates et consuetudines civitatis, ibidem [59] sine debito terminentur. Et quod non possitis trahi extra civitatem ad iudicium, nec teneamini respondere, salvo tamen quod prima appellationes causarum determinentur in civitate ilerda per locum nostrum tenentem prout consuetum est fieri, secundae vero appellationes ad nos devolvantur. Item damus et concedimus per nos et omnes successores nostros vobis praedictis et successoribus vestris in perpetuum quod indigentes capti in Palatio nostro non teneantur solvere carcclagium, nisi bona habuerint unde solvere illud possint nec tales indigentes retineantur capti pro carcclagio. Item damus et concedimus universitati civitatis et successoribus vestris in perpetuum quod in Civitate Ilerdae non fiat inquistio generaliter vel specialiter nisi per curiam et paciarios ut est hactenus fieri assuetum. Item damus et concedimus per nos et omnes successores nostros vobis praedictis et universitati Civitatis et successoribus vestris in perpetuum quod quilibet civis vel vicinus civitatis haberis villam, mansum vel castrum possint recipere monetaticum suo loco et tempore ab habitatoribus ipsorum locorum, cum haec iam fieri consueverunt. Item damus et concedimus per nos et successores nostros vobis praedictis et universitati civitatis et suceessoribus vestris in perpetuum et mandamus etiam universis officialibus nostris Ilerdensibus praesentibus et futuris quod utantur et portent ac habeant se in civitate prout antiquis temporibus fuit usitatum ac omnia facta de novo et attentata ac addita in eorum officiis nos revocamus et quod propter usum vel abusum eorum non generetur aliquod praeiudicium civitati et officiadicorum Officialium reformamus et reducium ad pristinum statum tam in officio tintoreria nostrae quam in aliis officiis. Item remittimus et revocamus omnes lesdas quae noviter a modico tempore citra extorquentur apud Vinaixam et alibi in terra nostra. Datum Barchinonae in Curia Generali sexto Calendas Januarii anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio. Sig+num Petri Dei gratia Aragonum et siciliae Regis. Testes sunt P. Comes Empuriarum, R. Fulconis Vicecomes Cardona, R. de Montecatenno Dominus de Fraga, A Rogerii Comes Pallarensis et Comes Urgellensis, Geraldus de Cervilione, R. de Montecatenno Dominus de Albalato. Sig+num Petri de Sancto Clemente scriptoris praedicti Domini Regis qui mandato eius haec scribi fecit et clausit loco, die et anno praefixis.

Document 9

13/01/1295 (Lleida)

Jaume II estableix que el vi foraster no podrà entrar a Lleida des de Tots Sants fins a Pasqua però els veïns de la ciutat en podran comprar si el propi no és suficient per complir el termini marcat i, si quan comenci el termini, algú té una tenalla amb vi foraster el podrà acabar de vendre.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 72-74.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdens, 1956, pp. 281-282.

Vi foraster nos pot vendre en Leyda desde Tots Sants fins a Pasqua. [73] Però poden los vehins de Leyda comprar vi foraster si lo propi no baste per cumplir algun vaxell. Y també se pot continuar la venda del vaxell de vi foraster començada abans del dia de Tots Sants.

Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum et Valentia ac Comes Barchinona. Ad instantiam et supplicationem Paciariorum ac Proborum Hominum civitatis Ilerdae, statutum infrascriptum per Illustrissimum Dominum Regem Jacobum bonae memoriae avum nostrum factum in civitate Ilerda declaramus et quaedam addimus prout continetur inferius. Tenor vero statuti talis est. Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum et Valentia ac Comes Barchinonae et Dominus Montispesulani. Attendentes quod cum Universitas Ilerdensis a longo tempore citra damnificata extiterit quia vinum quod in termino ipsius civitatis tam vili pretio venditur propter vinum quod ab extraneis ibidem aportatur quod vix cives Ilerdenses in expensis circa suas vineas factis de pretio ipsius vini sibi valeant emendare consideratis itaque his quae ad commodum ipsius civitatis possunt et debent redundare volumus, concedimus, mandamus ac statuimus per nos et successores nostros in perpetuum quod aliquis vel aliqui non possint audeant vel praesumant vendere vinum in civitate Ilerdae vel eius terminis a festo omnium Sanctorum usque in festo Paschatis nisi tantummodo vinum quod fuerit vel colligetur de vineis sitis in termino Ilerda vel de aliis vineis pro quibus fit vicinaitcum in civitate. Et si forte aliquis vel aliqui vendiderint vinum infra dictum terminum nisi fuerit de collecta vinearum Ilerdae et terminorum eiusdem ut praedictum est, donec et teneatur nobis et nostris dare pro poena centum solidos jaccenses, statuto praesenti per nos facto in suo robore nihilominus duraturo. Mandantes Baiulo, curiae Paciaris et toti universitati Ilerdensi quod contra hoc praesens statutum non veniant nec aliquem venire permittant imo illud observent et faciant suprascriptum inviolabiliter perpetuo observari. Datum Ilerdae decimo quinto calendae septembris anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio. Unde nos Jacobus Rex praedictus declarando seu addendo volumus et mandamus [74] quod si contigerit aliquem seu aliquos cives et habitatores dicta civitatis aliquibus annis factis vindemiis de vineis propriis non posse complere aliquod vas de vino vinearum suarum in quo vase postea fuerit iam aliqua quantitas vini proprii quod ad complendum illud vas possit emere de vindemia, vel de vino undecumque fuerit ad complemendum illud vasis praedicti. Praeterea si contingat quod aliquis seu aliqui ante tempus dicti termini seu festi Omnium Sanctorum inceperint vinum extraneum vendere et in dicto termino dolia incepta vendi ante dictum terminum in totum vendita non fuerint quod illud vinum quod in illis doliis tunc remanebit ad vendendum possit vendi post dictum terminum dicto statuto in aliquo non obstante. Mandantes universis et singulis officialibus dicta civitatis quod hoc observent et faciant inviolabiliter observari ut superius continetur. Datum Ilerda Idibus Januarii anno Domini

Millessimo ducentessimo nonagesimo quinto. Rex Jacobus.

Document 10

9/01/1300 (Barcelona)

Jaume II estableix que el vi foraster no es podrà vendre dins la ciutat de Lleida des de Sant Miquel fins a Sant Joan.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 74-75.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, pp. 283-284.

Vi estrany nos pot vendre en la ciutat de Leyda des de S. Miquel fins a sant Joan de Juny. Vi estrany se pot vendre quant lo señor Rey es en Leyda. Vi estrany que se ha comensat a vendre se pot continuar fins que lo vaxell serà acabat. La ciutat pot observar lo termini de la prohibició de vendrer vi estrany.

Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Maioricae, comesque Barchinona ac Sanctae Romanae ecclesiae Vexillarius, Admiratus et Capitaneus Generalis universis et singulis praesentem paginam inspecturis, salutem et gratiam. Significaverunt [75] nobis Raymundus Rotundi, Raymundus de Sancto Clemente, Raymundus de Bisulduno, Bernardus Natalis et Guillelmus de Fraga, nuntii et procuratores proborum hominum et universitatis Ilerdae nomine, et pro parte ipsius Universitatis olim inclytae recordationis Regem Jacobum Regem Aragonum avum nostrum, quia propter multitudinem vinearum existentium in territorio Ilerdenses de laboribus et expensis quos Cives dictae Civitatis in colendis vineis et collectione vini assumere oportebat utilitatem vel commodum non portabant edidisse tale statutum quod aliunde quam de territorio civitatis praedicta, vel locorum quorum habitatores vel Domini in exactionibus regalibus et vicinalibus contribuebant cum civibus memoratis a Festo Omnium Sanctorum usque ad Festum Paschae in civitate praedicta vinum vendi non posset centum solidorum jaccensium poena contrarium facientibus constituta. Verum postmodum sic augmentata extitit multitudo vinearum et (et) labores et expensa agricultura earundem et recolligendi vini excreverunt in tantum quod dictum privilegium, nullum, vel modicum eis commodum afferebat. Qua propter nobis humiliter supplicarunt ut prohibitio qua antea a dicto Festo omnium Sanctorum usque ad festu Paschae fuerat ordinata duraret a Festo Sancti Michaelis mensis septembris usque ad festum nativatis Beati Joannis Baptista. Nos eorum precibus annuentes, hoc, sub eadem poena eis duximus concedendum: Hac tamen moderatione adhibita quod si forte in spatio temporis quod infra Festum Beati Joannis Baptista et omnium Sactorum existit vinum a quoquam aportatum extiterit in Civitate praedicta et vendi inceptum quod post Festum Omnium Sanctorum continuetur venditio et continuari valeat donec vas in quo dictum vinum erat fuerit vacuatum. Concedimus etiam ipsis civibus quod si eis aliquotiens videatur tempus inhibitionis praedictae fore abbreviandum,

quod dictum tempus abbreviare valeant prout cognoverint faciendum. Mandantes Curiae et paciariis et aliis Officialibus Ilerdae et singulis Officialibus et subdictis nostris praesentibus et futuris quod praesentem concessionem nostram firmam habeant, et observent et faciant inviolabiliter observari, ut superius continetur, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Datum Barchinona quinto idus januarii anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono. Rex Jacobus.

Document 11

9/01/1300 (Barcelona)

Modificació del Palau de Cervera per a tenir-hi una presó amb dos habitacions separades, una per a homes i l'altra per a dones; el carceller cobrarà de cada presoner tres diners jaquesos al dia. Joan Josep Casanoves en el seu regest menciona que és tracta del Palau del Rei però al text hi apareix Palau de Cervera.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 76.

Presó se ha de fabricar en lo Castell del Rey abdos esetancies separades una per a homens y altra per a dones. Carcellatje han de pagar los presos es tres diners jaquesos cada dia.

Iacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentiae et Maioricarum comesque Barchinonae ac Sancta Romana ecclesiae Vexillarius et Capitaneus Generalis. Cum retroactis temporibus hi qui pro suis facinoribus vel delictis capiebantur per curiam civitatis Ilerdae in Palatio Cervariae quandoque in carcere ponebantur quandoque cum custodibus per Palatium ire permitebantur, custodes carceris ut maius salarium a captis reciperent illis qui possent custodiri absque in carceres missione minas non verebantur inferre, ut eos in carcerem ponerent sieque capti perterriti eisdem custodibus salarium augmentabant propter quod multotiens accidit quod capti bonis suis expensis quia immunes criminis inveniebantur, nudi de captione eadem exeuntes mendicare compellebantur quodque in captione propter penuriam fame peribant. Unde volentes tantae iniquitati remedium adhibere ordinamus cum civibus civitatis praedictae, et eisdem concedimus, quod in Palatio memorato per eosdem cives domus ad tenendum captos construatur in qua capti ponantur pariete tamen intermedio sic quod sit divisio loci praedicti, et in altero eorumdem masculi in altero foeminae ponantur. Et carcellagium detur sicut hactenus dari consuevit, videlicet tres denarii jaccenses pro qualibet persona in unaquaque die. Mandantes per praesentem chartam nostram carcellario dicti Palacii praesenti et qui pro tempore fuerit quod non recipiat nec recipere audeat praetextu custodiae nisi illud quod dari consuevit temporibus retroactis scilicet tres denarios jaccenses pro qualibet persona in unaquaque die. Mandamus etiam vicario curiae, paciariis et aliis officialibus et subdictis nostris praesentibus et futuris quod praesentem ordinationem, et concessionem nostram firmam habeant, et observent ac faciant inviolabiliter observari ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua retione.

Datum Barchinonae quinto Idus Januarii anno domini ducentessimo nonagesimo nono.

Document 12

13/06/1300 (Lleida)

Jaume II estableix com s'ha de procedir en les causes criminals. Així determina que la cúria de Lleida ha de procedir conjuntament amb els paers i el consell de la ciutat; dos paers han de participar en la investigació del crim, en la recepció dels testimonis i en la elaboració de la sentència; l'acusat no ha de pagar res ni a l'escrivà ni als paers o veguer i pot tenir accés a una còpia del procés tant si és condemnat com absolt; els paers i prohoms poden actuar contra aquelles persones qui amenacen amb coltells i llancen pedres contra altres encara que d'aquests fets no se'n segueixin morts, igualment contra els qui utilitzin pesos i mesures falses i contra aquells qui calumniïn. A més, de les multes, tal i com ja estava estipulat, un tercera part és per al rei i les dos restants per a la ciutat i els paers tenen la capacitat de fer congruaita quan vulguin.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 78-81.

En les causes criminals han de entervenir lo veguer y dos Pahers, ara se proceesca per inquisició o per acusació y tant en la recepció de testimonis de ofensa y defensa com en les provisions interlocutories y tot lo demás. Sentencia en causes criminals se ha de proferir per lo veguer de consell de dos Pahers y de deu Prohomens o mes. Lo reu no te de pagar cosa alguna al veguer, assessor o notari per salari o escrits sino per la copia del procés si la voldrà ara sia absolt o condemnat. Veguer, Pahers y Prohomens poden fer statuts penals contra los que trauran espasa, tiraran pedrada o faran altra violència de la qual no seguirà mort, ni mutilació de membre. Y contra los que faran, tindran o usaran pesos falsos o mesures y altres coses semblants. Y exigir los bans y penes y judicar si son deguts o no. Dels bans lo ters es del Señor Rey y les dos parts restants de la ciutat. Pahers de Leyda poden fer congruaita. Crides se han de fer de part del veguer Pahers y Prohomens. Veguer, sot veguer, pahers y assessors no poden rebre cosa alguna per les causes criminals per qualsevol titol o color que sia, y així ho han de jurar en lo ingrés de son ofici.

In nomine domini amen. Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentiae et Maiorica et Comes Barchinonae. Existentes in civitate Ilerdae, volentes bono statui civitatis eiusdem, ut tenemur in quantum possumus providere, et specialiter quomodo et sub qua forma super causis criminalibus in eadem civitate sit de coetero procedendii ut in perpetuum iusticia ibidem melius observetur tractavimus et ordinavimus cum Paciaris consiliariis et aliis probis viris civitatis praedicta de modo procedendi in criminalibus causis ac diffiniendi easdem, ac etiam super quibusdam aliis quae inferius annotantur. Et post tractatus plurimos et deliberatione habita hinc at inde supplicaverunt nobis ac voluerunt et petierunt Paciaris consilarii et aliis probi viri pro se et tota universitate civitatis eiusdem quod in causis criminalibus sive procedatur inquirendo ex officio sive ad denuntiationem vel accusationem vel quaerelam alterius, Curia Ilerdensis qui nunc est et pro tempore fuerit procederet et

diffiniret modo qui sequitur. Videlicet quod duo Paciarrii simul cum Curia sint in inquisitionibus criminum faciendis, in audiendo confessiones illius contra quem agetur vel inquiretur sive voluntariae fuerint sive formidine tormentorum habendae, et in receptione testium et in sententiis interlocutoriis praeiudicialibus tamen, et in examinatione negotii quando diffinitiva sententia fuerit promulganda. Et data copia illi contra quem fuerit procedendum seu inquisitum fuerit, si eam voluerit, et petierit, et iusta defensionem ipsius, si quam facere voluerit recepta cum consilio dictorum Paciariorum et decem Proborum virorum vel plurium quos ipse curia duxerit eligendos, idem curia causam diffiniret Justicia mediante. Sed ille contra quem de crimine ageretur non teneretur assessori vel curia aut scriptori solvere aliquid pro salario, seu scriptis, nisi pro actorum et scripturarum copia si habere voluerit et hoc sive absolutus fuerit sive etiam condemnatus sed hoc servetur prout hactenus est fieri consuetum. Item supplicaverunt et petierunt a nobis et voluerunt iidem Paciarrii Consilarii et Probi Homines supradicti quod Curia Paciarrii et Probi Homines Civitatis Ilerdensis faciant et facere possint statuta contra illos qui gladios abstraxerint vel iecerint contra alium vel qui proiecerint lapidem seu violentiam aliquam fecerint de qua mors vel membri mutilatio non sequetur: Et contra illos qui falsam mensuram aut pensum vel alia consimilia tenuerint vel fecerint vel eis usi fuerint. Et quod colonias et banna levent et recipiant et utrum levanda sint vel non cognoscant Curia et Paciarrii supradicti. Item si pignora fecerint ea teneant Paciarrii memorati cum nostri officiales existant et de eo quod inde exierit habeamus nos tertiam partem et Paciarrii nomine civitatis habeant duas partes pro ut est hactenus fieri consuetum. Item supplicaverunt nobis et petierunt quod Paciarrii possint facere et faciant congruam quando voluerint. Et quod praeconizationes in civitate Ilerdae fiant ex parte Curiae et Paciariorum et Proborum Hominum ipsius Civitatis prout in his in eadem civitate est fieri consuetum. Nos itaque Jacobus Dei gratia Rex praedictus eorum supplicationibus, et petitionibus annuentes expresse dicimus, volumus, et etiam ordinamus quod praedicta omnia, et singula de coetero observentur et fiant perpetuo in dicta civitate ut sunt superius ordinata. Volumus tamen et concedimus quod quantum ad alia de quibus superius non est actum Privi [80] legia franquitates, consuetudines et usantiae civitatis praedictae in suo statu remaneant et prout hactenus sint de coetero valitura. Ut autem omnia pure et sine corruptione procedant volumus ac etiam ordinamus sub poena corporis et bonorum quod curia vel eius locumtenens et assessor eorum et paciarii qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint non recipiant servitium seu ensennium aliquod pro cognitione causarum criminalium vel diffinitione earum vel alio quocumque colore quaesito per se vel interpositam personam seu personas publice vel occulte. Et hac iurent et iurare teneantur Curia et Assessor suus et Paciarrii qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint in principio administrationis eorum. Et quia nobis dicti Paciarrii et Probi Homines Ilerdenses hactenus exercere consueverant

inquisitionem quam feceramus contra nonnullum hominem civitatis Ilerda propterea quia congregationem contra mandamus et prohibitionem nostram et statutum eorum fecerant, in domo fratrum Praedicatorum, et in domo Paciariae Ilerdae et inquisitionem quam facere intendebamus contra Paciarios Officiales nostros, super his qua commississe dicebantur in eorum officio, remittere dignemur. Et quod quibusdam Probis Hominibus de civitate praedicta, qui sine licentia nostra, et Praedecessorum nostrorum aliqua emerant vel titulo adquisierant de Feudo castri asinorum quod pro nobis tenetur infeudum confirmare deberemus ut ea pure et libere et franchi tenere et habere possent et alienare. Nos eorum supplicationibus inclinati praedictas inquisitiones et omnem actionem et poenam criminalem et civilem quam praedictis rationibus possemus movere contra eos inferre vel exigere ab eisdem remittimus eosque absolvimus a criminibus supradictis et poena seu poenis quam vel quas incurrerant vel incurrere poterant pro eisdem. Confirmationem autem de praedictis alienationibus facimus prout in instrumentis eis concessis plenius continetur. Mandamus itaque curiae Assessori Paciariis et Probis Hominibus civitatis praedictae praesentibus et qui pro tempore fuerint quod praedicta omnia et singula sub forma praedicta teneant et observent et non contraeant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Datum Ilerdae Idibus Junii anno Domini millesimo trecentesimo Sig+num Jacobi Dei gratia Aragonum Valentiae et Maioricae Regis ac Comitis Barchinonae. Testes sunt Raymundus misericordie divinae episcopus Valentiae, Jaufredus de Crudiliis abbas Fuxen, Ermengaudus comes urgellensis, Guillermus de Angularia, Guillermus de [81] Entensa, Petrus de Montecateno, Eximius Cornelii, Joannes de Turrefacta, sacra Ilerden, Raymundus de Joylano, Raymundus de Salis, Petrus Vacca, Balagarius de Queralt, Petrus Cesviles, Guillermus de Caldes Paciarii Civitatis Ilerdae, Petrus de Raymundo Petri, Raymundus Rotundi, Stephanus de Cardona, Nicolaus de Sancto Clemente, Franciscus de Sala, Guillermus de Monterubeo, Petrus de Montaguda, Petrus Tholosani, Bernardus Rodera, Arnaldus de Issona, Jacobus de Bas, Jacobus Leonart, Salvator de Bayona, Arnaldus Salbaterii, Jacobus Borrelli, Jacobus Johan, Raymundus de la Porta cives civitatis Ilerdae. Signum mei Dominici de Murello notarii publici Ilerda et Paciariae eiusdem que de mandato Paciariorum consiliariorum et Proborum hominum eiusdem civitatis praedictis interfui et scripsi ac etiam sigillo dicta civitatis hoc instrumentum sigilari loco die et anno praedictis. Sig+num mei Bernardi de Aversona scriptoris dicti Domini Regis qui de mandato eiusdem hoc scribi feci cum literis suprapositis in tertia linea ubi dicitur: pro se, et tota universitate civitatis eiusdem et clausi loco die et anno praefixis.

Document 13

22/09/1301 (Saragossa)

Jaume II estableix que no es realitzi l'ofici de triper/a a la Porta Ferrissa per la gran

quantitat de brutícia que genera. A més, arran de els queixes d'un seguit de carnisseres de la Carnisseria Major, el rei permet als carnisseres escorxar les carns al carrer denominat de la Triperia i que allí hi puguin tenir la Carnisseria Major amb la condició que l'espai sigui netejat amb l'aigua de la séquia que hi ha a la part baixa del carrer. Estableix també el tipus de productes que s'hi podran vendre i l'espai determinat per al corral de les bèsties.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 94-96.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, pp. 278-279.

Mutació del escorxador y Ordinacions tacants a la limpiesa y bona politica de la Triperia.

Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae et Maioricarum, come Barchinona. At tendentes nos mandasse ac etiam ordinasse quod officium triperiae non exerceretur de coetero in illo viculo qui est in via mayori iuxta Portam Ferream in Capite Sabaterie Civitatis Ilerdae pro eo quod redundabat in thedium praetereuntium inde et ad magnam immunditiam et soditiam civitatis praedictae. Nunc tamen ad humilem supplicationem carnificum seu macellariorum carniceriae Mayoris eiusdem civitatis conquaerentium ex praedicto mandato se et familias eorum multipliciter damnificatas, si mandaretur executonis ita simpliciter sicut factum erat. Praedictum mandatum et ordinationem nostram super mutatione dictae triperiae factas sic duximus temperandas: Perpetuo statuentes ac etiam ordinantes et de speciali gratia eisdem Macellariis concedentes quod in illo viculo supradicto qui dicitur Triperia possint carnifices occidere suas carnes, videlicet animalia grossa et minuta et eas ibidem occidere, et excoriare. Ita tamen quod qualibet die teneantur dicti carnifices carniceriae mayoris et eorum quilibet in solidum tam praesentes quam futuri curare cum effectu quod dictus vicus sit lavatus atque mundatus de foecibus, sive stercoribus et sanguine ac aliis sorditiis quae ibi fuerint de animalibus quae ibi occiduntur et quod omnia illa expellantur in sequia aquae currentis quae est in capite vici praedicti sub poena duorum solidorum, cuius poenae sit tertia parts curiae nostrae Ilerdae et tertia Paciariorum et tertia accusatoris. Prohibemus tamen sub poena quinque solidorum pro qualibet vice cuicumque persona in contrarium facienti, quod null homo vel foemina audeat vendere tripas, vel intestina capita vel pedes animalium vel alia in dicto vico vendi consueta, in toto ipso vico ex utraque parte siqut recte descenditur a capite vici usque ad sequiam. Concedimus tamen quod in inferiori parte vici praedicti versus sequiam ab ipsa sequia infra intrando per vicum per quindecim passus, possint dicti carnifices facere et ordinare ex una parte tamen dicti vici qua magis voluerint extra viam rectam unam domum sive corrale coopertas sive discoopertas cuius cumque latitudinis seu longitudinis eius videbitur infra dictos passus, infra cuius clausuras et hostium per quod intretur ad eam, vendantur tripaes, intestina, pedes et capita animalium, et omnia alias supradicta quae prius consueverant vendi in vico praedicto. Ita quod in recta via nec in aliis domibus ipsius vici, nullus homo vel foemina audeat ali [96]qua de praedictis vendere palam vel occulte praeterquam in domo seu corrali praedicto nec etiam inibi tenere ad vendendum nisi essent

lavata et mundata. In hoc tamen non intelligimus bullos, langanices vel alias carnes siccas seu salsas quae possint vendi in domibus non tamen in via sub poena quinque solidorum ut supra dividenda quam incurret quaelibet persona qualibet vice qua committet contra praemissa vel aliquid praedictorum. Item prohibemus districtius sub pena viginti solidorum eo modo quo supra dividenda quod nullus homo vel faemina audeat vel praesumat in toto vico praedicto in domibus vel extra nec etiam in dicta domo communi, tripas vel intestina vel pedes seu moccas vel capita animalium decoquere, bullire nec sequirare nec sepum sesagnium cuiuscumque animalis ibi fundere vel decoquere nec alia exercere ex quibus consuevit foetor et exalatio exire; sed ea omnia fiant et exercentur communiter et divisim in domibus ipsorum carnificum vel alio loco comuni prout curiae et Paciariis Ilerdae videbitur expedire. Mandantes Vicario, Baiulo curiae paciariis et Probis Hominibus Civitatis Ilerdae praesentibus et futuris quod hanc nostram ordinationem et provisionem observernt et faciant inviolabiliter observari. Datum Caesaraugustae decimo Calendas Octobris anno Domini millesimo trecentesimo primo.

Document 14

20/02/1328 (Lleida)

Alfons el Benigne confirma els privilegis concedits anteriorment a la ciutat de Lleida, especialment el de la caldera i el tint per tenyir draps de diferents colors; també confirma la donació feta per Jaume II de diferents recipients i instruments per a tenyir aquests draps. Confirma també els costums i lleis de que han gaudit sempre els ciutadans de Lleida.
A: *Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 134-136.*

Confirmació de tots los privilegis a la ciutat de Leyda concedits y en particular del Privilegi del tint y caldera concedit per lo Señor Rey don Jaume Segon. Confirmació de les consuetuts y usos y generalment de tots los Privilegis y donacions y del contingut en aquells.

In Christi nomine noverint universi quod nos Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum Valentiae et Corsicae ac Comes Barchi[135]nona per nos et per nostros successores laudamus approbamus et confirmamus vobis Arnaldo Calbet, Raymundo de Alosio et Peetro Thomae Paciariis Civitatis Ilerdae nomine Universitatis eiusdem praesentibus et Universitati dictae Civitatis et singulis de eadem omnia et singula Privilegia donationes et concessionones generaliter et specialiter vobis et dictae Universitati indulta et concessa a serenissimis recolendae memoriae Domino Raymundo Comite Barchinonae et Domino Ildephonso Rege Aragonum genitore abavi nostri et Domino Petro Rege Aragonum abavo nostro et Domino Iacobo Rege Aragonum proavo nostro et Domino Petro Rege Aragonum avo nostro et Domino Iacobo Rege Aragonum Patre nostro praedecesoribus nostris prout in eisdem privilegiis plenius continetur. Et confirmamus etiam concessionem vobis factam per dictum Dominum Regem Iacobum patrem nostrum qua tenetur quod licet hucusque non esset licitum

vel permissum tingere pannos vestros in colore livido in calderia tunc sua Civitatis praedicta quod vos et successores vestri in perpetuum possitis libere in domibus vestris et aliis prout vobis placuerint tingere in tingi facere pannos quoslibet in praedicto et aliis coloribus quibuscumque absque aliquo iure proinde praestando. Et donationem etiam vobis factam per dictum Dominum Regem Patrem nostrum de claderiis, parolis et tinis in quibus panni praedicti tangebantur cum omnibus artificiis et apparatus eorundem et cum aliis omnibus et singulis pertinentibus ad praemissa et cum domibus in quibus ipsa exercebatur tinctura et in quibus ipsa calderia consistere noscebatur prout in instrumento super praedictis facto, plenius et latius continetur. Nec non confirmamus etiam vobis et dictae Universitati omnes consuetudines scriptas, statuta et usus quos quas et quali abuistis et tenuistis vel usifuistis vos et vestri antecessores. Praedictaque omnia et singula privilegia, donationes et concessionem a praedictis nostris Praedecessoribus generaliter vel specialiter vobis indulta et concessa et quae cumque contenta in privilegiis vel chartis inde factis ludamus et confirmamus vobis dictis Paciaris nomine totius Universitatis praedicta et singulorum eius praesentium et futurorum recipientibus prout melius et plenius in chartis inde factis continetur et eis hactenus usi estis. Promittentes ea omnia et singula observare et observari facere ut superius continetur Et ad maiorem firmitatem iuramus haec per Deum, et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta. Mandamus nihil ominus firmiter et districte Vicario Ba[136]iulo Paciaris et aliis Officialibus et subditis nostris praesentibus et futuris quod dicta privilegia, libertates, donationes et concessionem consuetudines, statuta, constitutiones et usus vobis teneant et observent et faciant ab omnibus teneri et inviolabiliter observari prout eis usi estis hactenus ut est dictum. In cuius rei testimonium prasens privilegium ex in defieri iussium et sigilli nostri pendentis munimine roborari. Datum Ilerda decimo Calendas Martii millesimo trecentesimo vicesimo septimo. Sig+num Alphonsi Dei gratia Regis Aragonum Valentiae, Sardiniae et Corsicae Comitis Barchinona. Testes sunt Petrus Caesaraugusta Archiepiscopus Domini Regis Cancellarius Arnaldus Ilerden Episcopus Guillelmus de Angularia, Raymundus de Ripellis. Sig+num Bertrandi de Vallo scriptoris praedicti Domini Regis qui de mandato eiusdem haec scribi fecit cum literis rasis et emendatis in quarta linea ubi dicitur concessionem et clausit.

Document 15

13/03/1353 (Barcelona)

Arran de la pobresa que regna als camps de Lleida, Pere el Cerimoniós estableix que el vi foraster no podrà vendre's a la ciutat de Lleida fins a la festa de Santa Maria Magdalena; exceptuant el vi d'aquells ciutadans que posseeixen masos i castells fora del terme de la ciutat. A més, concedeix als paers la possibilitat de modificar el termini si veuen que faltará vi. Aquell qui entrarà vi foraster dins el període prohibit haurà de pagar una multa, una tercera part serà per al rei i les altres dos per a la ciutat.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 187-189.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, pp. 285-286

Vi estrany no pot entrar ni vendre en la ciutat y terme de Leyda fins al dia de Santa Maria Madalena. Exceptat lo vi que los ciutadans y vehins de Leyda culliran en lochs, termes y torres que tinguen fora lo terme de Leyda com es acostumat. Los Pahers Consell General en cas de faltar vi poden donar licencia pera entrarlo antes de dit termini. Qui entrarà o vendrà vi foraster en lo temps prohibit incidirà en pena de perdre lo vi y les besties y arreus ab quel portarà, aplicadora dita pena lo ters al Señor Rey y les restants dos parts a la ciutat com es acostumat. Lo señor Rey y Reyna fills y familia, trobantse en la ciutat de Leyda poden entrar vi estrany per a son propi us.

Noverint universi quod nobis Petro Dei Gratia Regis Aragonum Valentiae Maioricarum Sardinia et Corsicae Comitique Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Per Syndicos Universitatis Civitatis Ilerdae, apud Villamfrancam Poenitenuna cum aliis Universitatibus congregatos fuit humiliter supplicatum. Quod cum vineae situatae in terminis castris eiusdem propter carestiam quae est cultorum et aliorum excolentium terras et vineas antedictas in quibus pro maiori parte, divitiae hominum dictae Civitatis consistunt quasi hermae partim remaneant et incultae et ex earum fructibus et proventibus maxima pars sumptuum per dictam civitatem fiendorum exsolvatur ut dicitur exolvisse; dignemur probono, et utilitate communi dictae Civitatis, Civium et habitantium in eadem provisionem et ut dicta Civitas, utilius et decentius sumptuum eius onera, valeat in posterum supportare. Tenore praesentis privilegis nostri perpetuo valituri concedimus dictae Universitatis Civitatis Ilerdae et etiam statuimus quod a modo per aliquam personam vel personas cuiuscumque legis, status aut conditionis existant, vinum aliquod vel vindemia quod vel quae non sit, vel fuerit, in vel de vineis terminis civitatis Ilerdae, in eadem Civitate nequeat immitti anno quolibet, neque vendi usque [189] ad festum Beatae Mariae Magdalena mensis Iulis anni cuiusque. Excepto tamen quod cives, et vicini dictae civitatis Ilerdae habentes et possidentes castra, loca vel turres extra terminos civitatis eiusdem possint immittere vel immitti facere et vendere aut vendi facere eorum vinum proprium quod habebunt in eorum castris, locis et turribus antedictis prout tamen est fieri assuetum. Volentes et etiam concedentes quod in casu quo Paciarum et concilium dictae civitatis cognoscent et visum eius existet in dicta Civitate fore vinum extraneum necessarium antefestum vel terminum supradictum liceret ipsis Paciarum et Concilio Civitatis abbreviare et limitare tempus seu terminum antedictum prout eis videretur necessarium ac melius et utilius faciendum. Quicumque autem praesens nostrum privilegium venire praesumpserit amittat vinum et vindemiam quod et quam in dicta civitate immiserit et animal vel animalia cum quo vel quibus dictum vinum aut vindemiam aportaverit et exarcia dictorum animalis vel animalium. De quibus omnibus nobis tertia pars adquiratur et Civitati

residuae duae partes, prout in dicta Civitate hactenus est fieri assuetum et nihil ominus incurrat poenam centum solidorum iaccensium, nobis et nostris vel nostro Baiulo dictae Civitatis, nostro nomine acquirendorum toties quoties fuerint contrafactum. Excepto tamen nos, vel Illustris Regina Aragonum consots nostra vel eorum familia quando cumque in dicta civitate fuerimus, vel fuerint constituti, possimus et possint immitti facere vinum in dicta civitate ad usus nostros etiam et eorum. In cuius rei testimonium praesens privilegium nostrum Maiestatis nostrae sigillo iussimus communiri. Datum Barchinona tricesima die martiis anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Sig+num Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valentiae, Maioricarum, Sardinia et Corcicae, Comitisque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae qui praedicta laudamus et iuramus. Ia vis testes sunt Inclytus Infans Petris Ripacurtiae et montanearum de Prades Comes, Inclytus Infans Raymundus Berengarii Comes Ampuriarum. Huguetus Vicecomes cardonae, Gilibertus de Sintillis, Arnaldus de Capraria, Sig+num Bernardi de Torrente scriptoris Domini Regis praedicti qui de mandato ipsius hoc scribi fecit et clausit cum literis rasis et emendatis in linea decima ubi dicitur; vel filiis seu filiae nostri et nostrae vel eorum et in altero testium ultimorum ubi scribitur: Gilberturs.

Document 16

15/03/1389 (Montsó)

Confirmació del privilegi establert per Jaume II el 9 de gener de 1300 sobre la modificació de la presó i el pagament del carcellatge. El regest de Joan J. Casanoves parla d'un pagament de sis diners però al text es confirma que continua sent de tres diners.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 306-307.

Confirmació del privilegi del Señor Rey Don Jaume Segon dat en Barcelona a sinch dels Idus de Ianer mils doscents norant y nou disposant ques fasse presó comuna en la ciutat de Leyda y que los presos no paguen de escarcellatje sinó sis diners jaquesos cada dia.

Nos Ioannes Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Maioricarum, Sardinia et Corciae comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Viso et perlecto, ac plenarie intellecto quodam privilegio huiusmodi seriei Iacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentiae et Maioricae Comsque Barchinonae ac Santa actis temporibus hi qui pro suis facinoribus vel delictis capiebantur per curiam civitatis Ilerdae in Palatio Cervariae quandoque in carcere ponebantur quandoque cum custodibus per Palatium ire permittebantur custodes carceris ut maius salarium a captis reciperent illis qui possent custodiri absque in carcerem missione minas non verebantur inferre ut eos in carcerem ponerent; sicque capti perterriti eisdem custodibus salarium augmentabant propter quod multoties accidit quod capti bonis suis expensis quia immunes cri[307]minis inveniebantur nudi de captione eadem exeuntes mendicare compellebantur quodque in captione propter penuriam fame peribant. Unde volentes tanta

iniquitati remedium adhibere, ordinamus cum civibus civitatis praedicta et eius concedimus quod in Palatio memorato per eosdem Cives, domus ad tenendum captos construatur in quo capti ponantur pariete tamen intermedio sicque sit divisio loci praedicti et in altero eorundem masculi in altero foeminae ponantur et carcellagium detur sicut hactenus dari consuevit ab illis qui in carcere ponebantur videlicet tres denarii jaccenses pro qualibet persona in unaquaque die. Mandantes per praestem chartam nostram Carcellario dicit Palatii praesenti et qui pro tempore fuerit, quod non recipiat nec recipere audeat praetextu custodiae nisi illud quod dari consuevit temporibus retroactis scilicet tres denarios iaccenses pro qualibet persona, in unaquaque die. Mandamus etiam vicario curiae paciariis et aliis officialibus et subdictis nostris praesentibus et futuris quod praesentem ordinationem et concessionem nostram firmam habeant et observent ac faciant inviolabiliter observari ut superius continetur et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Datum Barchinona quinto idus Ianuarii anno Domini millesimo Ducentesimo nonagesimo nono. Ad supplicationem humilem per vos nuntius unviersitatis civitatis Ilerdae nun in nostra praesenti curia inde nobis factam praesentis serie, de nostra certa scientia et consulte ac mente deliberata, dictum praeinsertum Privilegium et contenta in eodem laudamus approbamus et ratificamus nostraeque confirmationis praesidio roboramus. Mandantes per hanc eandem Gubernatori Cathaloniae Curiae et Vicario ac carcerario Civitatis praedictae coeterisque universis, et singulis officialibus nostris et eorum locatenentibus praesentibus et futuris, quatenus iam dictum privilegium et confirmationem nostram huiusmodi aliaque omnia praexpressa rata grata et firma habeant et observent et ab aliis faciant tenaciter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium hanc vobis fieri et sigillo nostro perdenit iussimus communiri. Datum in Montesono quintadecima die martiis anno a nativitate domini milessimo trecentessio octuagesimo nono, Regnique nostri tertio Rex Ioannes.

Document 17

4/10/1414 (Montblanc)

Penes dictades per un grup de prohoms de Lleida i acceptades pel rei Ferran d'Antequera. Els alcavots hauran de sortir de la ciutat i les prostitutes no els podran acollir; aquells qui jurin per un membre de Déu o de la Verge Maria cauran en multa de 20 sous o rebran 20 fuetades; els qui blasfemaran correran fuetejats pels carrers de la vila amb un garfi a la boca; els qui jurin pel membre d'un sant o d'una santa pagaran 10 sous o rebran 10 fuetades; igualment, aquells qui no denunciïn els crims anteriors que pagui una multa de 50 sous. Així mateix que tota dona que tingui com a amic un clergue, un llec o un prevere que l'abandoni abans que passin tres dies des de la publicació d'aquestes penes o que corri per la vila fuetejada; els hostalers que gosin tenir al seu alberg dones que practiquin l'adulteri pagaran una multa de cinquanta sous o rebran cinquanta fuetades. Igualment també es prenen diferents mesures per controlar el joc i la prostitució als espais públics.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 375-379.

Alcabots han de buydar la ciutat en pena de assots. Dona pública no aculla alcabot en pena de assots. Iurant de Déu o de la Verge Maria incorre pena de vint sous o vint assots. Blasphemants de Déu o de la Verge Maria o de Sants o Santes han de ser assotats ab un garfi en la llengua. Iurant algun membre de Sant o Santa pagarà deu sous o deu assots. Qui ohirà dites coses si no les denuncie pagarà sinch sous. Cort y Pahers sots pena de perjuri no poden manifestar les persones que denunciaran dites coses. Ningu tinga amiga en pena sinquanta morabatins o 50 assots. Hostaler no tinga dona de mala vida en son hostel pena de sinch sous o de sinch assots, Dona que notoriament fa pecat de son cos no pot estar sino en lo publich en pena de assots. Ningú jugue a jochs prohibits en pena de seixanta sous o seixanta assots. En dia de festa ningú pot ensellar bèstia per a treballar sots pena de deu sous y de ser cremat lo bast o albarda que portarà. En dia de festa ningú obrirà botiga per a comprar o vendre sinó que sien medicines sots pena de deus sous.

Ferdinando Dei gratia Rex Aragonum Siciliae, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae et Corcica, Comes Barchinonae, Dux Athenarum et Nepatriae ac etiam Comes Rossilionis et Ceritaniae. Dilectis et Fidelibus nostris curiae et vicario Ilerda, Baiulo coeterisque, Officialibus et Paciariis Civitatis Ilerdae dictorumque officialium locumtenentibus praesentibus et futuris et cuilibet ipsorum quibus pertineant infrascripta salutem et dilectionem. Exhibito coram nobis quarum dam ordinationum transumpto per Probos homines et Concilium Generale civitatis praedictae factarum ut licuit clare nobis cuius thenor sequitur per haec veritatis praedictae factarum ut licuit clare nobis cuius thenor sequitur per haec verba. Les ordinacions següents foren feytes per alguns Prohomens, per lo Concell General de la Ciutat elets e autorisades per lo honorable en Ioan Rivera, donsell lochtinent de cort de Leyda per lo molt alt Señor Rey. Primerament que tothom alcabot que tinga fembra que per huy tot dia hagen de haver buydat la ciutat sots pena de haver de ser be assotats. Ítem que alguna fembra pública no gos acullir algun alcabot sots pena de ser assotada. Ítem stableix e ordene que tota persona que iuraria alguns membres de Déu, ne de la Verge Maria sie encorregut en ban o pena de vint sous o de vint assots, los quals haia a pendrer en la plassa. Ítem que tota persona que blasphemarà, disputarà, ne maldirà de Déu ne de la Verge Maria Madona Santa Maria ni de Sants ni Santes, sapien que aquell aytal qui semblants blasphemies dirà, correrà la Vila ab grans assots ab un garfi en la lengua. Ítem qui juraria [377] algun membre de Sats ni de Santes que sie encorregut en ban o pena de deu sous o de deu assots rebedors en la plassa. Ítem que tota persona que ohirà dir o jurar les coses desús dites ho hage denunciar als Corts e Pahers de la dita ciutat sots pena de sinquanta sous. Ítem mes han stablit e ordenat per fortificar los dites coses que la cort e Pahers o altres Officials al qual o quals serà divulgat, hagen jurat o blasphemant en la manera dessús dita, que los dits Cort e Pahers o altres Officials hagen a tenir Secret o no gosen dir lo nom de aquell qui haurà denunciat aquell qui jurat haurà. E si lo

contrari per los dits Officials o alguns dells serà feyt que ipso facto sien encorreguts en pena de perjuri com los dits Cort, e Pahers hajan jurat a Déu e als Sants Quatre Evangelis les dites coses tenir secretes. Ítem que nengun hom de qualsvol lley o condició sia no gos tenir amiga, vulles sia solana o altra qualsevol de la qualse servesca carnalment dins la ciutat e lochs de la contribució de aquella ans tots aquells quen tinguen manifestament o amagada dins espay de tres jorns aquells hagen a leixar sots pena de sinquanta morabatins o de rebre sinquanta assots. Ítem que tota dona que tindrà amich vulles sie Religiós, Prevere, Clergue o Lech de qualsevol ley o condició sie aquells hage a leixar e se hage a separar d'ells dintre de tres jorns après de la publicació de la present crida. En altra manera correrà la Vila ab grans assots. Ítem que algun hostaler o hostalera no gos tenir en son hostel alguna fembra que fasse o comete adulteri de son cos e que aquella hage a gitar de son hostel e dar-li repulsa dins espay de tres dies primers vinents, sabents que si lo contrari serà feyt serà encorregut en ban o pena de sinquanta sous o de sinquanta assots. E ultra assò la dita fembra correrà la vila ab grans assots. Emperò en aquesta ordinació no volem ésser compresos los hostalers o hostaler del bordell. Ítem que alguna fembra que fassa pecat de son cors notoriament no gos estar en alguna part de la ciutat sinó en lo públich, sabent que si lo contrari farà per cascuna vegada correrà la ciutat ab grans assots. Ítem que neguna persona de qualsevol ley, estament o condició sie no gos jugar a alguna manera de joch, exceptat joch de ballesta e escuachs, alfardo, dart o llansa e qui contra farà seixanta sous li costarà per cascuna vegada o seixanta assots, los quals li seràn dats en la Plassa de la Paheria sens cap mercè. Ítem que neguna persona de qualsevol ley, stament o condició sie no gos ensellar neguna bèstia de càrrech en dia de Diumen[378]ge o de festa manada per fer negunes coses manualment si donchs no anave o venie de romiatje e qui contra farà deu sous li costarà e ultra la pena serà cremada la albarda o bast que portarà. Ítem que tot hostaler e hostalera sie tengut denunciar als traginers qui en lur hostel posaran que no gosen ensellar ni carregar en dia de Diumenge o festa manda per la Iglesia sots pena de deu sous jaquesos. Ítem que nenguna persona de qualsevol ley, stament, o condició sie no gos obrir en dia de Diumenge o festa manada degun Obrador per vendre ni comprar si donchs no eren medicines e qui contra farà sinch sous li costarà. Item mes avant per so que les fembres públiques pus fàcilment puxen exir dels bordells. Perso los dits Cort e Pahers manen que negun hom de qualsevol condició sie no gos fer amiga ni a si mateix apropiar alguna de les dites fembres, tenint aquella en bordell ni en hostel o en altre loch com no sia legit a ningú fer propi de la cosa comuna. E que si algú serà trobat que fembra de bordell tingue ni de son mal guany visque que tantost sie de la ciutat així com a alcabot públich de aquella, exilat certificant que si après seran atrobats serà procehit contra aquells aytals segons la forma de la constitució a la unglà. *Exellentiae nostrae Regali pro parte Universitatis praemisae humiliter extitit supplicatum ut ordinationes iam dictas ob*

reverentiam et honorem individuae Trinitatis et totius curiae supernorum viciorum extirpationem, multiplicum animarum salutem ac statum foelicem omnium in praemissa degentium Civitate nec immento quippe factas servari facere districte ac fortiter mandavimus nos ergo visis ac plene recognitis Ordinationibus supradictis supplicationi huic iustae et consonae rationi liberaliter ac benigne inclinati approbantes et laudantes ordinationes ipsas ut Deo ac nobis acceptas et salubres ac utiles quidem valde Rei Publicae et singularibus Universitatis ipsius dicimus et mandamus vobis et cuilibet vestrum de certa scientia et expresse sub incurso nostrae indignationis et iare poenae mille florenorum auri de Aragonia si inobedientes, aut negligentes fueritis circa ista irremissibiliter habendorum et nostro applicandorum aerario quatenus Ordinationes praedictas ac omnia et singula in eis contenta tenentes et inviolabiliter observantes per quoscumque dictae Civitatis Incolas seu degentes in ea cuiuscumque status sexus legis aut conditionis existant cum impositionibus poenarum ingentium vestro imponendarum arbitrio quas per vos ad quem seu quos spectet, exigi, et levari volumus et iubemus absque aliqua gratia et mercede et aliis quibus decet. Praeturae viribus teneri et servari faciatis ad unguem absque interpretatione quacumque debite corrigendo et puniendo in praedictis quos libet delinquentes ac mandando et faciendo voce Praeconis per dictae Civitatis loca debita. Ordinationes easdem semel anno quolibet publicari ut omnibus innotescant, et aliquis ignorantiam de ipsis non valeat allegare. Datum in Villa montisalbi, octava die Octobris anno a nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quartodecimo.

Document 18

13/01/1416 (Lleida)

Moderació de les penes anteriorment acceptades per Ferran d'Antequera perquè consideraven excessives.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre d'Actes del Consell General, 1413-1416, reg. 406, f. 83r-84v.

<penes temprades e modades>

Nicholau Gralla

G. Johan pahers

Berenguer Cardona

Bernat Aguiló

Pere de Luçó

Pere de Losa

Als quals prohoms fo proposat per los honrats pahers que lo Consell General celebrat a ·V· de octubre any proppassat ha comanat a ells de moderar algunes ordinations que per ·VI· prohoms per Consell General elets han fetes sobre alguns crims notoris e altres per que·ls

placie aquelles moderar segons lur bona consciencia com sien ... de penes excessives.

Los quals prohoms vistes les dites ordinacions per lo Senyor Rey ab letra sua confirmades esser certifiuats que aquelles podien moderar aquelles moderaren sots la forma següent.

E primerament al primer capítol contingut en la letra real que es ordinació que comence primerament que tot alcavot que tingue fembra que per vuy tot dia hage buydat la ciutat sots pena de ésser açotat. Acordaren los dits prohoms que lo dit capítol se stigue segons se sta.

Ítem lo segon capítol que comence: ítem que alguna fembra públich no gos acullir algun alcavot sots pena de ésser açotada. Acordaren que s'estigue segons se sta.

Ítem sobre lo terç capítol que comence: ítem mes stablex e ordena que tota persona que jurarà alguns membres [de Déus] lo qual ha pena de ·XX· sous per los dits prohoms ... tornaren la dita pena a dos sous o a dos açots.

[83v] ítem sobre lo capítol que comence: ítem tota persona qui blasfemarà, despitarà ni mal dirà de Deus ni de la Verge etc. Acordaren que s'estigue segons s'està.

Ítem al capítol que comence: Item qui jurarà algun membre de Sant ni de Sants en lo qual ha pena de ·X· sous o de deu açots acordaren que sie tornada la dita pena a ·I· sou o a un açot.

Item lo capítol qui comença: que tota persona que hoyra dir ho jurar etc. Fou moderada la pena qui és ·V· sous a ·I· sou ho a un açot.

Item lo capítol qui comence: Item mes han establít e ordonat per fortificar etc. Acordaren que la dita pena s'estigue segons s'està.

Item lo capítol que comence: Item que nogun hom de qualsevol condició sie no gos tenir amiga etc. Acordaren que sie moderada la pena que és ·L· morabatins o ·L· açots a ·V· sous o ha ·V· açots.

Item lo capítol que comença que algun hostaler o hostalera no gos tenir en son hostel etc. Acordaren que sie moderada la pena que és ·L· sous o ·L· açots a ·X· sous ho a ·X· açots.

[84] Item lo capítol que comença que alguna fembra que face ponit de son cos notòriament etc. Acordaren que s'estigue com s'està.

Item mes ordonaren que neguna persona de qualsevol ley estament o condició sie no gos tenir en alguna casa sus o d'altri secretament ni manifesta tafureria ni permeta jugar a algun joch de daus saber que si lo contrari farà serà encorregut en ban de ·L· sous o de ·L· açots. E aquells qui jugaran secretament dins la casa seran encorreguts en ban o pena de ·V· sous ho de ·V· açots.

Item mes ordonaren que negu no gos jugar a algun joch de daus en les places ni en carrers públich de la ciutat ni en ses cases sots pena de ·V· sous o de ·V· açots sinó en lo pont major de la ciutat en lo qual tothom públicament puxe jugar sens alguna pena.

Es intenció emperè que en lo joch damunt no sie compres joch de taules ans a aquell tothom pugue jugar indiferentment sens algun ban o pena.

Emperò los dits prohomens no són de intenció que la prohibició dels dits jochs se estenen en engune sfestes de Nadal fins al jorn de Apparici ans en aquelles dites festes tothom puxe jugar indiferentment.

Mes acordaren los dits prohomens que les dites modificacions sien confirmades per lo cort [84v] Les altres ordinacions fetes per los dits ·VI· prohomens. Acordarne que fossen haudes per casses e per nulles.

Document 19

12/12/1442 (Tortosa)

La reina Maria autoritzà les obres de millora de la plaça de Sant Joan. Aquestes millores havien d'implicar des de la plaça dels Polls fins a l'església de Sant Joan o, almenys, fins al carreró denominat de Jaume Navarra. Així, es determinà aplanar les arcades des de la plaça dels Polls fins al carreró de Jaume Navarra i fer-hi un espai pla. També s'estipulà una limitació per a les teulades de les cases que acaraven amb la plaça, només podien sobresortir un màxim de sis pams de la línia marcada per la paret. Igualment, aquelles persones les propietats de les quals millorin amb les obres hauran de pagar a les persones que patiran l'enderrocament del seu alberg o la pèrdua de valor; si aquest pagament no és suficient la ciutat s'encarregarà d'abonar el que falti.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 426-428.

b: Enrique MUT, Vida econòmica en Lérida de 1150 a 1500, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 1956, pp. 289-291.

Ordinacions del Consell General de la Ciutat de Leyda sobre fer la Plassa de Sant Ioan per a embelliment de la ciutat. Que dita plassa sei feta des de la Plassa nomenada dels polls fins a la Ilgesia de Sant Ioan, o almenys fins al careró de mossen Iaume Navarra. Que per so sien derrocades les arcades en tot lo dit districte. Que ningun Señor de casa confrontant ab dita Plassa puga fer eixida mes avant de la paret rasa. Confirmació de dites Ordinacions.

Nos Maria Dei gratia Regina Aragonum Siciliae, Valentiae, Maioricarum, Sardinae et Corsicae, Comitisa Barchinonae, Ducisa Athenarum et Neopatriae ac etiam Comitisa Rossilonis et Ceritaniae. Locumtenens Generalis Illustrissimi Domini Regis Viri et Domini nostri charissimi. Exhibitis Maiesetati nostrae per dilectum et fideles nostros Narcisum de Canellis Decretorum Doctorem Paciarium et Gispertum Mathaei, cives syndicos et nuntios civitatis Ilerdae capitulis et ordinationibus super constructione Platea subscriptae per Concilium et Universitatem Civitatis eiusdem laudabiliter editis quorum series sic se habet. A honor e gloria de nostre Senyor Déu e de la sua beneyta Mare e de tota la Cort celestial. Com de gran temps passat ensà lo Consell General de la insigne ciutat de Leyda hage desitjat e de present desitg fer una singular e notable Plassa en lo loch pus patent, e pus honorós de la dita ciutat, per decoració e ennobliment de aquella. Considerants que lo molt Reverent Señor Bisbe de Leyda hauria ofert a la ciutat que en cas tal Plassa se fes hi donarie tal subvenció que la ciutat rahanablement se'n contentaria. Volent donchs lo Consell General del present temps conformarse ab la voluntat dels Passats [427] majorment ab la opinió e voluntat del dit

Señor Bisbe. Per tant apparie per deliberació de dit Consell que lo dit fet sie mes en execució remetent totalment ab tot plen poder lo dit fet als honorables Pahers e Prohomens en lo dit Concell General elets e deputats los quals honorables pahers e prohomens ya predits ordenaren la dita Plassa deure esser feta en e per la forma següent. Primerament ordenen que atès que en nigung altre loch de la ciutat pus honorós e més patent e vistos no solament als habitants en la present ciutat mas encara a totes gents passants e anants de Roma a Sant Iauime no es pus dispost que de la Plassa apellada dels Polls fins a la iglesia de Sant Ioan o almenys fins al carreró apellat de en Iauime Navarra quòndam ciudadà, los quals carrers segons manifestament se mostren son ara confusos escurs, sutses e bruts de moltes legeses. Per tant deliberaren e ordenaren que les arcades damunt e davall e les cases que hi son edificades de sobre de aquelles de la dita Plassa fins al carreró del dit Iauime Navarra, tro sus en les parets rases de dret dels portals en amunt sien totalment levades e aplanades e enderrocades a fi que romangue Plassa plana e comuna a empriu e servey de tota la comunitat e estrangers. Ítem més ordenaren que algun señor de alberch confrontant en la dita Plassa no gos ne pugue fer eixir la cuberta o cubertes de son alberch mes avant de la paret rasa, sinó tantsolament la cuberta principal o sobirana, la qual tantsolament pugue eixir mes enfora de les parets, sis palms, o menys e no més avant e assò per salvetat de les dites parets. Encara més ordenaren que tots aquells quin penran augmentació o creiximent de valua en sos alberchs per la dERRUICIÓ o demolició en decooració de la dita Plassa hajan e sian tenguts fer satisfacció e esmena a aquells qui en lurs cases e alberchs penran dan o disminució tal emperò e segons los honorables Pahers, e Prohomens desús dits judicaran e taxaran. Entès e declarat que si la satisfacció fahedora per aquells los alberchs dels quals penran aumentació e decoració no bastave a la esmena dels alberchs qui penran dan o deterioració en tal cas la ciutat hage e sie tenguda de satisfèr e pagar aquells de bens de la communitat a coneixença dels dits Prohomens. Ítem mes ordenaren que sie feta una letra de part de la dita Communitat a la Señora Reyna ab la qual la supliquen sie de sa mercè e vulle manar al Cort e Veguer o Lochtinent que interpòs son decret en les dites Ordinacions e manar als dits Cort e Veguer e Lochtinent e Pahers de aquesta ciutat que executés aquelles tota appellació remogu[126]da, tota hora y quant per lo Syndich de dita Ciutat requests sian. Ítem mes ordenaren que los honorables syndichs o missatgers novament elets a les Corts l'any present convocades per la Señora Reyna en la Ciutat de Tortosa hagen special capítol en lo memorial que la ciutat los farà que ans de totes coses hajan les provisions e letres necessàries per execució de la dita cosa de la Señora Reyna e del Señor Bisbe e aquells prestament trametre e quels dits missatgers juren que se hauran ab tota sollicitut e diligència en obtenir e trametre les dites letra e provisions. Ac visis et in Regio Concilio ac nostro recensitis capitulis et Ordinationibus praeinsertis ut votis digna poscentium tribuatur effectus et ea foeliciter

exequantur quae facient civitatis ornare videntur ex dicti Regii et nostri matura deliberatione concilii ad humilem supplicationem Syndicorum et nuntiorum praedictorum ordinationum capitula praeinserta et omnia et singula in eis contenta, tenore praesentis acceptamus laudamus et approbamus et ea et quidquid eorum virtute processerit et actum fuerit et nunc pro tunc huius nostrae confirmationis et ratificationes praesidio roboramus ac eis omnibus et singulis auctoritatem nostram et Regiam impendimus pariter et decretum. Ac etiam ad uberiores cautelam ex Regiae et nostrae potestatis plenitudine tollimus omne vicium et supplemus omnem defectum si quid in praedictis et in eorum vim peragendis obicium possunt vel poterunt quomodo libet et opponi. Mandamus igitur de certa scientia et expresse sub incursu Regiae et nostrae indignationis et irae Gerenti vices Gubernatoris et Baiulo Generali Cathaloniae Principatus, nec non Curiae et Vicario dictae civitatis Ilerdae coeterisque universis et singulis Officialibus dicti Domini Regis ad quos spectet et Locatenentibus eorundem quatenus Ordinationum capitalium praeinserta et omnia alia et singula supradicta et in praesentis nostra charta contenta teneant firmiter et observent ac faciant inviolabiliter observari et in eis exequendis et effecturi debito deducendis opem operam auxilium, consilium et favorem impendant si quamcumque in praedictis omnibus et singulis auctoritatem sui Officii et decretum et ad cautelam pariter interponat. In cuius rei testimonium praesentem fieri iussimus regio sigillo in perpendenti munitam. Datum Dertusae duodecima die Decembris anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragessimo secunda Regni dicti Domini Regis Siciliae citra Pharum anno octavo, aliorum vero Regnorum anno vicesimo septimo // La Reyna //. Registrata.

Document 20

25/08/1453 (Barcelona)

La reina Maria autoritza la construcció de l'Hospital General de Santa Maria a la parròquia de Sant Llorenç, a la plaça de la Bladeria Vella i al costat del Pes del Rei, per a l'acollida de pobres malalts i sans.

A: Cat. AML, Fons Municipal, Llibre Vert de la ciutat de Leyda, 1691, reg. 1370, f. 433-435.

b: Antoni Conejo, L'Antic Hospital de Santa Maria, Lleida: Institut d'Estudis Ilerdencs, 2002, pp. 242-243.

Fundacio de l'Hospital General de la Ciutat de Leyda en la Plassa del Almodí. Pahers de Leyda poden elegir regidors de l'Hospital. Hospital General de Leyda gose tots guiatjes, proteccions, salvaguardes, libertats, gracies y prerogatives concedides per lo Señors Reys al Hospital de Santa Creu de la Ciutat de Barcelona.

Nos Maria Dei gratia Regina Aragonum, Siciliae, circa, et ultra pharum, Valentiae, Hierusalem, Hungariae, Maioricarum, Sardiniae et Corsicae, comitisa Barchinona, ducisa Athenarum et Neopatriae ac etiam comitisa Rossilionis et Ceritaniae, locumtenens Generalis Serenissimi Domini Regis viri et domini nostri charissimi. Libenter hisce rebus locum damus,

